IN NOMINE SANCTISSIMÆ TRINITATIS

Patris, & Filij & Spiritus sancti, ac beatissimę Virginis **Marię** & Diui Patris nostrj **Dominicj** & omnium Sanctorum. **NOS FR. PAULUS CONSTABILIS FERRARIENSIS** sacrę Theologię Professor, ac totius Ordinis Predicatorum humilis **GENERALIS MAGISTER** & Seruus. Christiane perfectionis summam, sicuti in unitatem Christianorum inuicem, & ad **CHRISTUM** ueluti membrorum ad caput, omnium perfectionum fontem consis[illegible]dimus; ita ad illam adipiscendam, optimum esse Orationis medium, experientia, & ratione testibus, arbitramur. Modus uero Deum orandi, secundum quem beatissima Virgo **Maria** mater De[illegible] quinquaginta Salutationes Angelicas, & quindecim Dominicas Orationes instar Dauidicj Psalterij colitur, quod **ROSARIUM** dicitur, a nrĩ Ordinis patribus institutus, & a summis [illegible]probatus, priuilegijs quoque ac indulgentijs decoratus inter ceteros in Ecclesia inuentos ad hoc (si non fallimur) maxime conducit: nã preter hoc, quod beatissima Dei genitrix, cuius inte[illegible] hanc impetrare potest, ibi crebrius inuocatur, ipse quoque per se modus orandi (si recte fiat) quam facillime compendio illam consequitur, dum **IESU XPI** Saluatoris nostrj [illegible] digestam, meditando percurrere facit. Que uos deuotissimi [illegible] fideles Casalis **IULIANI**, **Terrę Hydruntinę**, **Diœces. Alussañ.** pie, ac religiose considerantes, & ad habend[illegible] mandum dictum orandi modum Confraternitatem Psalterij seu **Rosarij** sub inuocatione beatę **Mariæ** Virginis, in parochiali Ecclesia **S. Ioannis Chrisostomj** & in cappella sub inuocatione **Rosarij** (ut nobis innotuit) instituistis, predicatione, & exhortatione R. P. fris **Joannis de Tricasio** Magistrj, nrę Prouincię S. Thome authoritatem habentis a superiori, & in hunc usque diem continuastis. Cupientes uero (ut par est) institutionem huiusmodi authoritate nostra confirmarj, et rite factam esse censeri, a nobis instantissime p[illegible], per intermediam personã **D. Octauij Capicij Neap.** ut dictã Vestram Confraternitatem recipiamus, & approbemus, & quatenus opus sit, de nouo erigamus, cum gratijs, & fauoribus opportunis. **NOS** igitur uestris uotis, & pijs petitionibus inclinati, dictam Societatem Psalterij, seu **Rosarij** beatissimę Virginis, in dicto Casali **IULIANI**, in dicta Ecclesia, p predictũ prẽm frẽm **Joannẽ** Magistrũ erectam gratiose recipimus, approbamus, & confirmamus, nostrique officij authoritate Tenore presentium de nouo erigimus, ipsamque Societatem, & quorumlibet in eadem iam receptorum, & in posterum recipiendorum Vtriusque sexus personas ad gratias, priuilegia, & indulgentias, quibus alię Confratrię sub ista inuocatione in Ecclesijs nrĩ Ordinis constructę, & erectę potiuntur, recipimus, & admittimus in uita pariter, & in morte, dummodo alia similis confraternitas in eodem Casali erecta non fuerit. Admonentes eiusdem sanctissimi **Rosarij** festum Prima Dominica mensis Octobris, singulis annis in eadem cappella celebrarj debere iuxta sanctissimi D. N. **GREGORII PAPÆ XIII** decretum, & institutum, in gratiarum actionem preteritę, & memorię de victoria contra Turcas, eiusdem Societatis confratrum fusis precibus, [illegible] die (ut pie creditur) ac auxilio, & interuentu sacratissimę Virginis dñę nrę impetratę atque obtentę: Cuius Societatis & cappellę in supradicta Ecclesia institutę & erectę, hac prima uice Cappellanũ deputamus R. D. **Angelum Papam**, **Archipresbiterũ**, qui nomina & cognomina omnium Christifideliũ in eandem Societatem ingredi, & deuote recipi petentiũ, in libro ad hoc specialiter deputato possit scribere, recipere, & admittere, Psalteria seu coronas benedicere, sacri **Rosarij** mysteria exponere, omnia, & singula facere, quę frẽs nrĩ Ordinis ad hoc deputatj facere possunt, & rite consueuerunt, post cuius mortem uel discessum, uolumus successorem pro tempore eiusdem Societatis Cappellanũ dictę Ecclesię, eadem authoritate potiri, & in omnibus obtinere: in diem XPI eius conscientiã onerantes, ne pro huiusmodj admissione, ingressu, scriptura, & benedictione aliquid omnino temporalis lucrj quomodolibet exigat, sed gratis hęc omnia prestet, quemadmodum ipsius pię Societatis capitula habent, & sanctiones. Vti etiam nos ad Dei cultum, eiusque sanctissimę matris dñę nrę gloriam, & Christifideliũ salutem, & profectũ gratis accepimus, & gratis damus, & concedimus. Volumus autem, & omnino obseruarj iubemus, q in uenerabili Icona pro prefata cappella conficienda, rite (ut par est) quindecim nostrę redemptionis sacra mysteria pingantur; necnon pro huiusce concessionis rationi consentanea recognitione, in eadem Icona diui P. Nrĩ **Dominicj** eiusdem sacrj **Rosarij** primarij authoris, imago ueneranda flexis genibus de manu Deiparę Virginis coronulas & Rosaria accipientis, similiter pingatur: quod si secus [illegible] omnes nrę literę uobis & successoribus minime suffragentur [illegible] sint roboris, & [illegible]: quod & intelligi uolumus, si [illegible] nrę literę ab ipsarum expeditione, seu concessione infra sex menses, quod legitime (ut prefertur) Societatis institutione, [illegible] non sortitę effectum. Decernimus, & declaramus postremo, q quandocunque contigerit, frẽs nrõs intus vel extra dictũ C[illegible] Ecclesias obtinere, ipso iure, ipsoque facto, gratias & priuilegia eidem concessas, ablatas esse a dicta cappella, & penitus atque totaliter ad dictã Ecclesiam nrãm translatas. **In** nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen. Non obstantibus in contrarius quibuscunque. **In** quorum fidem his nrõ sigillo munitis, manu ppria subscripsimus. Datũ **Neapolj** in nrõ Regio cõuentu S. **Dominicj** die 26 Julij. Anno dñj. M. D. LXXXI.

Fr. paulus constabilis qui s[upra] manu propria

Assumptionis nostrę
Anno Secundo

[illegible] 196

R

Hieron.s Capugnanus mag.r [illegible]